

PARTIS .II.

TRACTATVS .I.

lorum oculis pateat: ne quoniam intramus sancta factos: si qua apparuerit turpitudine: morte moriamur. Iam sermo finit: & ad superiora trahor. Tanta debet esse scientia & eruditio pontificis dei: ut gressus eius & motus & vniuersa vocalia sint: veritate mente concipiat: & toto eam habitu resonet & oratione: & quicquid agit quicquid loquitur sit doctrina populo: absque tintinabulis enim & diuersis coloribus & gemis: pluribusque ornamentis virtutem nec sancta ingredi potest: nec nomen antistitis possidere. Haec ad vnam lucubraticulam cum iam funis soluere a littore: & naua crebrius in clamarent: propero sermone dictavi quae memoriae tenere poterat: & quae diuturna rationali pectoris mei lectione concesserat: satis intelligens magis me loquendi impetu quam iudicio scribentis fluere. & more torrentis turbidum proferre sermonem. Fere in indice septimus Tertulliani liber de Aarone vestibus: qui interim versus ad hanc diem a me non est repletus. Si a vobis propter celebritatem urbis fuerit inuentus: quod non me stilla illius flumini comparatis: non enim magnorum viros ingenijs: sed meis sum viribus aestimandus.

Beati Hieronymi ad Marcellam de interpretatione Ephod: qua docet in scripturis ephod dupliciter poni pro sumptuosi pontificis multiplici varietate distincto & lapidibus ornato & plintheo simplici & candido quod erat omnibus commune sacerdotibus. EPISTOLA XII

Epistolare officium est re familiari aut de quotidiana conuersatione aliquid scribere: & quod damus absentes inter se praesentes fieri: dum mutuo quid aut velint aut gestum sit nunciat: licet interdum confabulationis tale conuiuium doctrinae quoque sale conditum. Verum tu dum tota in tractatibus occuparis: nihil mihi scribis nisi quod me torqueat: & scripturas legere compellis. Denique heri famosissima quaestio de proposita postulasti: ut quid sentire statim rescriberem. Quasi pro phariseorum teneat cathedram: ut quae scilicet de verbis hebraicis iurgium est ego arbiter & litis sequer expofcar. Non sunt suaves epistolae quae non placentia redolent: quae non condit Apitius: in quibus nihil de magistrorum huius temporis iure suffumat. Sed quae vector & iterum ferens sermonis nostri redire festinat: re gradum celerius dicto quam debeo: licet de scripturis sanctis disputari non tam necessaria sint verba: quam sensus. quod si eloquentiam quaerimus: Demosthenus eligendus aut Tullius est: si sacramenta diuina: non codices: qui de hebraeo in latino non bene resonant, puidedi. In fronte epistolae tuae posueras: quid sibi velit quod in regno: libro primo scriptum est: Et Samuel semper seruiabat ante conspectum domini cinctus ephod bad: & diploide habebat pufillam quam fecerat ei mater sua: & afferebat ei de diebus in dies: cum ascenderet cum viro suo sacrificare sacrificium diebus. Ita quae quis quid sit ephod bad: quo futurus propheta praecingitur. Vtrumne zona: an ut quidam putant turibulum: vel genus aliquid vestimenti sit. Et si vestis: quomodo ea cingitur: & post ipsum ephod quare adiungitur ei bad. In sequentibus haec legisse te scribis: ubi venit homo dei ad Heli: & dicit ei: Haec dicit dominus. Manifeste ostendit me ad domum patris tui ex omnibus tribubus Israel: cum essent in terra aegypti seruientes in domo Pharaonis: & elegi domum patris tui ex omnibus tribubus Israel: ut ascenderet ad altare meum: & incenderet incensum: & portaret ephod. Torum libri ordine profecuta etiam de illo loco exemplar sumpsi sit: in quo Doechidumeus iussu regis interfecit sacerdotes. Et conuersus inquit scriptura Doechirus mortificauit ipse sacerdotes domini: & occidit in illa die trecentos quinque viros. sive ut in hebraeo legitur. lxxv. omnes qui portabant ephod & nobath: ciuitatem sacerdotum occidit in ore gladii a viro vique ad mulierem: ab infante versus ad nutriendum: & vitulum & asinum & ouem in ore gladii. & saluatus est vnus filius abimelech filij achitob: & nomen eius Abiathar: & fugit post Dauid. Non me reuideo: quin proplematis ordine ratione praueuina. Vbi nunc legimus: & omnes portantes ephod bad. Hoc quare ita dixerim in sequentibus discas: Illud quoque quod sequitur addidisti. Et factum est cum fugeretur Abiathar filius Abimelech ad Dauid: & ipse cum Dauid descendit in Sicelech: hinc ephod in manu sua: & renunciatum est Saul: quia venit Dauid in Sicelech: ubi cum regis aduentus & ciuitatis timere obsidio: dixit Dauid ad Abiathar: Defer ephod domini. Haec sunt quae de regno: libro excerpta proponens: volumine iudicium transcendisti: in quo Micha de monte Effraim scribit milie centum argenti scilos matri quos illa vouerat reddidisse: itaque sculptile inde fecisse & costatile. Addidisti haec postmodum ephod & theraphym: cum utique si zona sit: aut vestimenti genus: sculptile atque costatile vestimenti genus esse non possit. Agnosco errorem pene omnium latinorum: putantium ephod & theraphym quod postea noianus dicit hoc argere quod Micha mater dederat fuisse costatile: cum scriptura sic referat. Et accepit mater eius: haud dubium quod fuit vir micha: & domus eius dei: & fecit ephod & theraphym & impleuit manum vnus de filiis suis: & factus est ei in sacerdote. Si autem putas ea quae superius appellata sunt sculptile atque costatile: ephod & theraphym deiceps noianus: disce esse non eadem. Si quidem post matris idolum quod dicit sculptile atque costatile fecit Micha ephod & theraphym: sicut ex consuetudinibus approbat: & ruderunt quique viri qui abierat considerare ista: & dixerunt ad fratres suos: Ecce non